Durantis, Guilelmus: Rationale divinorum officiorum
Straßburg: [Drucker des Iordanus <de Quedlinburgo>], 19. Juli 1493 Seite 463



# Incipit liber septimꝰ de sanctoꝝ festiuitatibus.

Posquā̃ de diuinis officijs in genere atqꝫ de dñicis ⁊ de festiuitatibus ad dñm ptinētibus in specie pmisimꝰ vtile est vt ⁊ de officijs festiuitatū sanctoꝝ aliqua in hac septima pte subijciamus. Sane eccl'ia sanctoꝝ festa multis de causis celebrat. Primo vt eis vicē rependamꝰ. q2 ipi iā celebrāt festū de nob. q2 gaudium est in celo angelis dei ⁊ aiabꝰ sanctis. sup vno peccatore pniaꝫ agēte. Scdo quia eos honorādo rē nostrā agimꝰ. nā eoꝝ festiuitas nostra est. Vñ apl's Oīa vestra sunt vos aūt xpi. Caritas eni oīa cōmunia facit Tertio vt habeamꝰ eos intercessores p nobis. Vñ legit in. iij. Re. j. c. ꝙ bethsabee q̄ d̄ interptat pute' satietatis. i. eccl'ia triumphans impetrauit filio suo regnū. Quarto vt eos imitemur. p eoꝝ eni exēpla ad eoꝝ imitationem puocamur. Quinto ppter augmētū nostre securitatis ⁊ ad spei subleuatōꝫ Si eī hoīes mortales nob siles potuerūt ita p sua merita sublimari. ⁊ nos silr poterimꝰ. q̄niā manꝰ dñi nō est abbreuiata. Sexto ppter honorē diuine maiestatis. q̄niā illos honorādo. in eis honoramꝰ ⁊ mirabilē pdicamꝰ eū q̄ ipos sanctificauit. Septimo vt visa eorum pulcritudine ⁊ mūdicia cōfundat hō de peccatis suis. ⁊ terrena ꝯtēnat sicut ⁊ ipi fecerūt. Octaua ⁊ pncipalis causa est quia sanctoꝝ dies anniuersaria i eoꝝ honore nobis ad memoriā reducit ppter nostrā vtilitatem. q̄niā in eis honoramꝰ deū. Ipi nāqꝫ cū sint pfecte beati. orōibꝰ nostris nō idigēt. q2 oīa eis ad votū succedūt. imo iniuriā facit martyri q̄ p martyre orat. Johēs etiaꝫ damascenꝰ i li. iiij. c. vij. ponit alias rōes q̄re sancti ⁊ parit eoꝝ corpa siue reliq̄e debēt honorari. q̄ꝝ quedā sumūt q̄ntū ad eoꝝ dignitatē ⁊ q̄dā q̄ntū ad corpoꝝ ipoꝝ pciositatē. Dignitas q̄druplex ē. q̄niā sūt amici dei. filij dei. heredes di. ⁊ duces nostri. De pmo Johā. xv. Iā nō dicā vos suos ⁊c. De secūdo Joh. j. Dedit eis ptātem filios dei fieri. De tertio Ro. viij. Si aūt filij ⁊ heredes. De q̄rto ita dic. Si q̄s multū laborat ducē inueniret q̄ eum alicui regi mortali adducat. ⁊ p eo ad ipm vbū faciat. q̄nto magis duces generis hūani q̄ p nob ad deū interpellatōes faciūt honorādi sūt. tēpla illis erigēdo ⁊ eoꝝ memoriā venerādo. Quātū ad corpoꝝ ipoꝝ vo pciositatē manifestandā ponit etiam idē q̄ttuor rōes. Nā ipa sctōꝝ corpa fuerūt pmptuaria dei tēplū xpi. alabastꝝ spiritualis vnguenti fontes diuini. Et Augꝰ. addit. q̄ntū scꝫ organū spūsscti Circa pmū dic. Hec ei sunt pmptuaria dei. cenacula spūssancti De scdo dic. Quoniā p intellectū i corpibꝰ eoꝝ habitauit deꝰ. Vñ apl's. Nescitis q̄niā corpa vrā ⁊c. Deꝰ aūt spūs est. Honorandi ergo sunt aīata dei tēpla. Nō q̄ deꝫ delectat in edificatōe muroꝝ. deꝰ vo in ꝯuersatione sctōꝝ. Vñ ps. Dñe dilexi decorē domꝰ tue. decorē scꝫ quē pstat diuersitas nō marmorū sed grāꝝ. Circa tertiū dic. Si eni ex rupe aqua manauit i heremo. ⁊ ex maxilla asini samsoni sitiēti nequaq̄ꝫ incredibile ē ex martyꝝ reliquijs vnguentū bñ olēs emanare sitientibꝰ dei ⁊ sctōꝝ vtutē. Circa quartū dic. Isti eni viuētes in vitate cū libera pñia deo assistūt ⁊ fontes nob salutares dñatoꝝ xps sanctoꝝ suoꝝ pbuit reliq̄as multiformia beneficia irrigātes. Circa q̄ntū dic Augꝰ. i li. de ciuitate dei. Nō sunt ꝯtēnenda. sꝫ plimū reuerēda sctōꝝ corpa. q̄bꝰ dū adhuc viuerēt spūssanctꝰ q̄si quibusdā organis ad omne bonū vsus est. Vñ apl's. An experimētum q̄ritis eiꝰ qui in me loquit xps. Itē Ambrosiꝰ in exameron. Hoc est pciosissimū ꝙ homo diuine vocis fit organū ⁊ corpalibus labijs celeste exp̄mit oraculum. Est autē quadruplex differentia sctōꝝ noui testamēti. quos per anni circulum colimus. Sunt enim apli. martyres. ꝯfessores. et virgines.



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-126/0463
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG